

The Electronic Manipulus florum www.manipulusflorum.com

Tempus siue temporale f cum uariis

Nemo uestrum parui estimet tempus quod in uerbis consumitur ociosis. Volat uerbum irreuocabile, uolat tempus irremeabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Libet fabulari, dicunt, donec hora pretereat. O donec pretereat hora, quam tibi ad agendam penitentiam, ad optinendam ueniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miseratio conditoris indulgeat! Donec transeat tempus quo diuinam repropiciare debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hereditatem, aspirare ad promissam felicitatem, excitare remissam uoluntatem, flere commissam iniquitatem.

Bernardus in sermone ad scolares.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uestrum parui] nostrum parum M; irremeabile] irremediabile P V¹ V² L¹ L²; amittat] donec *add. (del. sub lin.)* C; libet] licet C M P V¹ V² L¹ L²; pretereat] pretererat L²; o donec pretereat *om.* M; ad] aliquid M; indulgeat] indugeat C; repropiciare] propiciare P V¹ V² L¹ L²; debueras] debuerat (*cor. intra*) B; aspirare ad promissam felicitatem *om.* P V¹ V² L¹ L²; in *om.* L²